



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est**

**Masson, Jean Papire**

**Parisiis, 1678**

Tarnis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13059**

GARVM NA. copia à Durannio superetur.  
 Alit enim multos barbos, lucios, carpiones, alaufas, anguillas, lampetras, salmones, gobiones, sturiones, & aliorum piscium vim infinitam. Honos autem maximus mensarum carpio habetur, quem in Durannio & Ella piscari vulgus solet, ac reperiuntur in eo troctæ singulares. Et id quidem flumen Arari penè parem, aut nihilo maiorem viatores putant.

---

## TARNIS.

Le Tar, **T**ARNIS fluvius, is est de quo Cæsar ait, *Tarnoque amne discreti à Tholosatibus Petrocorii*, & quem Ausonius Auriferum vocat, à Cevennicis montibus perfluens, tanto strepitu & fragore inter confragosa rupium & saxorum loca, per Gabalos cursum dirigit, ut torrentis instar vicinis & terrorem & offensionem pariat. Tandem latior & le-

Cr. Francia  
superetur.  
rbos, lucios,  
nguillas, lam-  
obiones, stu-  
piscium vim  
utem maxi-  
io habetur,  
& Ella pi-  
ac reperiun-  
ulares. Et id  
i penè parem,  
viatores pu-

I S.

s, is est de  
Tarnoque am-  
tatibus Petro-  
nius Aurife-  
nnicis mon-  
to strepitu &  
gosa rupium  
per Gabalos  
torrentis in-  
em & offen-  
m lator & le-

per Flumina. 489

nior per Ruthenos in *Milialdum*  
ultimam eius regionis urbem se  
dimittit, accepto prius apud  
*Montem allum* exiguo amne Tes-  
cuno. Inde post aliquot millia-  
ria, *Albiam* antiquissimam civi-  
tatem alluit. Nec tamen est quam  
Plinius *Albam Helviorum* appel-  
lat. Hæc enim *Rhodanum* attingit,  
& *Vivariensem* Episcopatum,  
cùm *Albia* decem milliaribus à  
*Tholosa* tantùm distans, & to-  
tidem à *Ruthenis* sita sit. Est au-  
tem hæc civitas opulento inter  
cæteros Episcopatu, & mirabili  
*Sanctæ Cecilie Virginis* Basilica  
insignis, positaque in solo non  
tantùm frumenti, vini, & alio-  
rum frugum fertili, sed & crocum  
*Galliæ* etiam communicat, ut vi-  
cini *Lauracenses* & remoti *Engo-  
lismenses*, quoad *Oceanum* acce-  
dunt, quotannis faciunt. Famâ au-  
tem & auditione compertum est,  
quas olim turbas sub *Ludovico*  
nono, & aliis principibus *Al-  
bienses* hæretici infecti excitarint,  
adè vt totam *Septimaniam*, &  
*Aquitaniæ* maximam partem suis

GARVM  
NA.

*Millas.*

*Motau-  
ban.*

*Tescun.*

GARVM  
NA.

vitiis infecerint. Qui tãdem & Domini Hispanici concionibus & Simonis Comitis Monfortiorum, qui à Lutetia non procul habitant, armis omnes aut deleti, aut in ordinem redacti sunt. Ab hac vrbe

*Guillac*

Tarnis. *Galliacum* mercimoniis opulentum alluit. Permissum autem est jure singulari Galliacensibus & *Rupistagni* vrbis incolis, ut

*Rabestens.*

his solis liceat vina in eorum solo & præfecturis collecta post diem

*Saint  
Papoul.*

Andræ Apostolo sacrum *Burdigalam* advehere: quod cæteris extra provinciam *Burdigalensem* ante Natalem Domini prohibitum est. *Lauracensis* ager dictus est à

*Castellau  
d'Arry.*

*Lauraco* domicilio Comitum in contractu, & *Lauracus* magnus vocatur, qui à *Sancto Papulo* martyre dictus est. Plures alii sunt *Lauraci*, verùm is à quo regio dicta est, hoc nomine censetur. A *Tholosa* novem leucæ sunt numerandæ quovsque *S. Papulum* attingas, indeque ad *Castrum Arri*, quod est diocesis *S. Papuli*, vna. A *Galliaco* quidem Tarnis jam majorum navigiorum capax, merces

. Francia  
adem & Do-  
nibus & Si-  
rtiorum, qui  
habitant, ar-  
aut in ordi-  
b hac vrbe  
mercimoniis  
rmassum au-  
Galliacensi-  
s incolis, ut  
eorum solo  
ca post diem  
rum Burdi-  
l ceteris ex-  
galensem an-  
prohibitum  
dictus est a  
mitum in eo  
agnus voca-  
ulo martyre  
ant Lauraci,  
icta est, hoc  
holosa no-  
randæ quo-  
ngas, inde-  
i, quod est  
na. A Gal-  
jam majo-  
ax, merces

quaslibet Burdigalam vsque vehit, GA-  
vt in Angliam, Hispaniam, Sco RVM-  
tiam postea trajiciantur à merca- NA.  
toribus lucri avidis. Postmodum  
*Insulam oppidum & Rupistagnum,*  
quo loco *Acutum* fluvium sibi assu- Agost.  
mit, mox *Buserium* permeat, ibi- r.  
que ponte trajicitur. Hinc *Villa-*  
*murum* Gothiæ oppidum, deni-  
que *Montalbanum* urbem di- Mont-  
vitem, populosam, & egregiè auban.  
munitam, & salubrem tabidis,  
ut medici aiunt. Habet insuper  
Episcopum decreto Joannis XXII.  
Romani Pontificis, & fontem  
mirandæ scaturiginis; tantaque  
est hujus soli vbertas, vt cum  
feracissimis possit contendere. In  
eo tractu *Averio* fluvius à Ru- Avey-  
thenis oriundus in Tarnem de- ron, r.  
jicitur. Hoc ei nomen datum est  
in vita S. Amandi, vt mihi retulit  
Canonicus Castrensis, vir fide di-  
gnus. S. Antonii urbem in Ruthe-  
nis idem *Averio* irrigat. Qua in  
regione & fontem habet supra ip-  
sam Ruthenorum præcipuam se-  
dém. Denique Tarnem ingreditur  
prope *Rabastinum*, in loco cui



GARUMNA  
 NA  
 Pointe  
 d'Avey-  
 ron.

Gallicè nomen est *Puncta*, sive  
 acumen, id est ostium. De hoc flu-  
 vio dicitur vulgò :

*Qui passa lo lot, lo Tar & l'A-  
 veyron,*

*Nes pas segur de torna en sa mey-  
 son.*

Postrema urbium quas Tarnis ir-  
 rigat, est *Moissiacum* oppidum,  
 quod non solum Albiensium fa-  
 ctio afflixit, sed Anglorum flam-  
 mis & rapinis propè eversum ja-  
 ceret, nisi post fugatos totâ A-  
 quitaniâ hostes illos, & ab incol-  
 lis qui supererant, & à vicinis  
 populis instauratum fuisset. Nunc  
 enim non inter ignobiles Cadur-  
 corum vrbes habetur, opulen-  
 toque Benedictini Ordinis ceno-  
 bio illustre est. Non longè ab eo  
 & intra primum lapidem Garum-  
 na Tarnis aquas invito similis  
 intercipit, semper turbidas &  
 veluti flavas propter ripæ & solâ  
 argillosi naturam, à quo hujus-  
 modi colore suffunditur, aded ut  
 Garumna limpidiores aquas ve-  
 hens, Tarnim refugere & fastidi-  
 re videatur, & per milliarc &

amplius ab eo diverso tramite, GARVM  
 & ex obliquo fluere cernatur, ne NA,  
 vitreus & lucidus impari admixtio-  
 ne sordescat. Sic Tarnis à Gaba-  
 lis perpetuum cursum vsque ad  
 Aginnates agit, & Rithenos  
 & Cadurcos à Tholosanis diri-  
 mens, certumque est & clara  
 luce perspicuum Petracorios plu-  
 rimùm à Tholosanis distare, pro-  
 ximosque & intermedios esse Ca-  
 durcos & Nitiobriges, quorum  
 municipium est Aginnum. Abun-  
 dat Tarnis luciis, barbibus, alausis,  
 vandosis, aliisque suavissimi suc-  
 ci & saporis piscibus. Sidonius in  
 Protreptico de Tarne & piscibus  
 ejus loquens, sic ait: *Hinc te Le-  
 sora Caucasum Scytarum vincens  
 aspiciet, citroque Tarnis limosum &  
 solido sapore pressum piscem perspi-  
 cua gerens in unda.*

*Lesora* autem altissimum jugum  
 est gentis Gabalorum, qui vulgò  
*Gavax* in patria dicuntur. In vita  
 charissimæ Virginis corruptè Tar-  
 nis appellatur.

*Et Auriferum*, inquit, *postpo-* Sains  
*ne Gallia Tarnem.* Prope Templum me Chref-

GAR-  
RUM-  
NA.

494. *Pap. Mass. descr. Francie*  
Virginis, quod à Quosilio Gaba-  
lorum, erumpit Tarnis ex alta &  
nigra rape, cui nomen est *Tarni*.  
Idem Ausonius Paulino Episto-  
la 8. loquens de Philone provo-  
catore suo. *Adit inquilinos, ru-  
ra, vicos, oppida solo & sales com-  
mercio acutis, phasellis, lintribus*  
*statis rate Tarnem & Garumnam*  
*permeat.*

---

## AURIGERA.

*La Rie-  
ge, r.*

**A**URIGERA fluvius Pyra-  
næorum nobilissimus dici po-  
test, quia ab auro gerendo aureum  
nomen habet. Ex hoc enim pellu-  
cida ex auro crustulæ arenaque  
aureæ eruuntur, ex quibus incolæ  
secundum ripam fluminis sordibus  
elotis, & deterfa facie, auram pu-  
rissimum conflant: quod si in mu-  
nitiores partes distractum fuerit,  
argento vivo in unum colligunt.  
Hinc non minimus quæstus vic-  
nis agricolis, qui tamquam in  
volvendis Tagi Hispanici amni